

7. Sekundärliteratur

Festschrift zur zweihundertjährigen Jubelfeier der Franckeschen Stiftungen und der Lateinischen Hauptschule am 30. Juni und 1. Juli 1898.

Kollegium der Lateinischen Hauptschule

Halle a. S., 1898

Franckii Laudes.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

FRANCKII LAUDES.

Felix innocuo qui pectore transigit aevum
Atque Deum vitae deligit usque ducem.
Talis erat, domini qui fretus numine Christi
Humanae genti tot benefacta dedit.
Franckius assidue vires consumpsit et annos,
Omnibus afflictis ferret ut aequus opem.
Ille quot aegrotis medicamina laeta paravit,
Quot miseris vestes et dedit ille cibos!
Consilio incertos iuvat, solamine tristes,
Nomine multorum misit ad astra preces.
Hic populis voluit doctrinam ferre salubrem,
Barbarus ut verum crederet esse Deum.
Omnibus hic aderat puerumque parentibus orbem
Permotus lacrimis sustulit ipse sinu
Formandosque bonis studiis curavit alumnos
Et recti docuit sedulus ire viam.

Quod tu quis fuerit si vis spectare, viator,
Ad monumenta viri grandia verte pedem.
Arduus in celso stat marmore Franckius ipse
Artificis magno vivit et ingenio,
Oraque quem vivi spirabant semper amorem,
Hunc placidus molli vultus in aere refert.
Ad latus est puer hic, illic est parva puella,
Candidus in forma fusus utraque decor.
Alter ad ingenuum convertens ora magistrum
Amplexus manibus biblia sacra tenet,
Altera consertis digitis pia lumina tollens
Discit ad aeternum mittere vota Deum.
In capite orantis positam tenet ipse sinistram,
Erigere ad caelum dextera corda iubet.
His igitur signis Francki benefacta nepotes
Servari sera posteritate volunt,
Ille sed ipse suae vitae monumenta reliquit
Mansurumque Halis aedificavit opus:
Innumeras aedes, urbs ut videatur in urbe,
Cernis ab hoc structas auxiliante Deo.
Haec te spectantem numen caeleste vereri
Et decet insignis te meminisse viri,
Perque domos memori si mente meaveris illas,
Ex animo numquam littera scripta cadat:
Quae tu vidisti confecit amorque fidesque,
Auctorem aequa fides et colat aequus amor.

H. KNAUTH.